OPUSCULA POSTHUMA.

Hactenùs in-edita & edita,

AUTHORE

ADM. REVERENDO AC EXIMIO

PATRE MAGISTRO,

F. CHRISTIANO LUPO,

IPRENSI.

Sacræ Theologiæ Doctore, & Regio Primario Lovanii Profeſſore, Provinciæ Belgicæ Ord. FF. Erem. S. Auguſtini quondam Priore Provinciali

CURA ET OPERA

REV. PATRIS, F. GUILIELMI WYNANTS

EJUSDEM ORDINIS ET VOTI;

Per Flandro-Belgicam Provinciam Diffinitoris. S. T. B.

TOMUS PRIMUS.

Cum duplici Indice.

BRUXELLIS,

Typis EUGENII HENRICI FRICX; Typographi Regii.

M. DC. XC.

Cum Approbatione & Privilegio Regis.

BIBLIOTECA DE LA UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA -

ILLUSTRISSIMO DOMINO
DOMINO
JOANNI
DE
BROUCHOVEN,
COMITI DE BERGEYCK,
BARONI DE LEEFDAEL,
REGI
In Hiſpaniis, ac Belgicis Provinciis à Conſiliis Statûs, Dominiorum ac Financiarum per Belgium Theſaurario Generali, &c.

ILLUSTRISSIME DOMINE,

Lovanienſis Academiæ magnum Decus & ornamentum, atque ipſius S. Romanæ Sedis ſub Summis qua-

INDEX TRACTATUUM ET CAPITUM.

TRACTATUS PRIMUS.

Dissertatio de antiquitate, auctoritate, ac legitimo uſu Sententiæ Probabilis.

Caput I. *Oſtenditur quòd juris naturalis ignorantia ſit pars originalis peccati, ideoque durum noſtræ animæ vulnus.* Fol. 1

Cap. II. *Quænam ſententia ſit cenſenda verè probabilis.* 5

Cap. III. *Oſtenditur quòd Eccleſia Catholica circa humanas Leges ſemper permiſerit uti ſententiâ probabili.* 11

Cap. IV *Oſtenditur quòd Catholica Eccleſia etiam circa Divini juris materiam ſemper nos permiſerit uti ſententiâ probabili.* 15

Cap. V. *Præcedens aſſertio demonſtratur per alia inſuper exempla.* 18

Cap. VI. *Oſtenditur quòd Romani etiam Pontifices ſua quandoque Reſcripta forment ex iſtiuſmodi probabilibus ſententiis.* 25

Cap. VII. *Oſtenditur quòd Catholica Eccleſia ſemper admiſerit probabiles ſententias etiam circa jus naturale.* 30

Cap. VIII. *Hæc firmantur aliis exemplis.* 36

Cap. IX. *An omnia per naturalis juris ignorantiam patrata iniqua opera ſint peccata?* 45

Cap. X. *An per naturalis juris ignorantiam patrata opera ſint ſemper peccata mortalia?* 54

Cap. XI. *An ſemper & ubique ſit obſervanda hæc Regula :* In dubiis pars tutior eſt eligenda? 60

Cap. XII.

DISSERTATIO
DE
ANTIQUITATE,
AUCTORITATE,
AC LEGITIMO USU
SENTENTIÆ
PROBABILIS.

INter varias vocum novitates, quibus miſerè vexatur, & à Divina juſtitia flagellatur hoc infelix ſæculum, ſunt quæſtiones de Opinione Probabili. Præſertim in materia Juris Divini aut naturalis. Quidam omnem, licet veraciter probabili ſententiâ fulciatur, ex iſtius juris ignorantia lapſum, cenſent eſſe ex ſuo genere mortalem. Cenſent, quòd numquam poſſimus ſine gravi delicto operari ex ſententia probabili. Quòd Pœnitentiæ Præfectus Presbyter ſe numquam accommodare poſſit ad probabile judicium Pœnitentis. Alii volunt à quavis probabili ſententia plenè dilui omnem reatum. Et alia id genus varia. Perniciosa aut periculoſa. Et quibus infirmorum fratrum conſcientia graviter percutitur. Hæc elucidari rogantibus, & aliquem indè fructum ſpondentibus, judicavi obediendum.

CAPUT PRIMUM.

Oſtenditur quòd juris naturalis ignorantia ſit pars originalis peccati, ideoque durum noſtræ animæ vulnus.

QUòd ſanctus Auguſtinus originalis peccati eſſentiam conſtituat in quibuſdam vitiis, ac ipſorum reatibus; quòd item horum vitiorum alterum tradat eſſe concupiſcentiam, eſt omnibus exploratum. Alterum vitium eſt naturalis juris ignorantia. Ita idem

 Au-

EXHIBITIO
SACRORUM CANONUM
CIRCA JUS
REGULARIUM
ECCLESIARUM,
QUOAD PRÆDICATIONEM
DIVINI VERBI,
ADVERSUS
LARVATI CHRISTOPHORI PHILALETHIS
RESPONSIONEM
STABILITA, SEU CONFIRMATA.

ORATIO PANEGYRICA IN LAUDEM SACROSANCTÆ HOSTIÆ MIRACULOSE IN CARNEM CONVERSÆ MIDDELBURGI ZELANDORUM

ANNO M. CCC. LXXIV.

Quæ LovanI in Eccleſia FF. Eremit. S. P. AUGUSTINI religioſè aſſervatur & colitur:

Dicta in Solemni Tri-ſeculari Iubilæo, anno M. DC. LXXIV. die 16. Septemb. quæ erat ejuſdem Solemnitatis Octava.

SAcroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum antiqui Eccleſiæ Patres honorant ſublimiſsimis titulis. Ipſum appellant vitam, gratiam, perfectionem, panem cæleſtem, myſticam ac vivificam benedictionem, cibum ſanctiſſimum ac Diviniſsimum, Sacramentum Sacramentorum, Sanctum. Hoc eſt, ipſum ſupremum & ſubſtantiale ſanctum, de quo ad ſacratiſſimam Virginem dixit Archangelus Gabriel: *Quod ex te naſcetur Sanctum, vocabitur Filius Dei.* Ejus veritas in Evangelio eſt adeò lucida, ut ipſam ex prima ſtatim, licèt obſcuriori, Domini prædicatione etiam Judaica & carnalia Diſcipulorum ingenia intellexerint. Etenim abierunt offenſi, & ſcandalizati dixerunt: *Durus eſt hic ſermo, quis poſſit illum audire?* Exiſtimabant Schyticam barbariem juberi à Domino. Item tremenda tranſelementationis ſanctitas eſt æquè lucida. Ipſam ſceleratus & mente